



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Zehdenick Hebungen aus verschiedenen Seen, am 16. Juli 1348.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XII. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Zehdenick Gebungen aus verschiedenen Seen,  
am 16. Juli 1348.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Appropriamus, Damas et donamus Abbatise, Priorisse Totique Conuentui monasterii Zednig, ordinis sancti Benedicti, Brand. dyoc., Nouem frusta reddituum annuorum in Aquis Tornowensibus sita, uidelicet in stagno Tornow, quod incipit ante molendinum oppidi eiusdem et finit retro molendinum ville Poltze, et ceteris stagnis subnotatis, scilicet Stagno Bulam sito circa Vorstenberg, in Stagnis ambobus Delfich circa villam Bomgard, ambobus stagnis Selchow retro Cymiterium eiusdem ville locatis, Stagno Gouenow infra confines ville dicte Bomgard et Meseberg et in stagno ville sito inter predictam villam Bomgard et Glambeke — — Nos vero uniuersos insuper excessus, qui sient in eisdem aquis et vsu damus eisdem sanctimonialibus in perpetuum corrigendos. Obinde nobis Triginta sex marcas argenti Brandenburgensis erogarunt. — Testes — Vlricus Comes de Lyndow, Strenui viri Fridericus de Lochen, Capitaneus noster, Haffo de Wedel senior, Henricus de Redern, Petrus de Bredow, Henricus de Lochen, Dyetericus de Bredirlo, milites, Henricus de Lochen et Buffo Gruelhut, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlyn, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL octauo, feria quarta in Crastino Diuisionis Apostolorum.

Nach Wohlbrück's Abschrift des Originals.

XIII. Graf Otto von Fürstenberg überläßt dem Kloster Zehdenick den halben See Tornow,  
am 22. Februar 1353.

In nomine Domini Amen. Noverint uniuersi presentes literas inspecturi, quod nos Otto, Dei Gratia Comes Vorstenbergensium, ob honorem et reverentiam Dei approbamus, damus et donamus Abbatise, Priorisse, toti Conuentui monasterii in Zedenick dimidiam partem stagni Tornow, quod incipit ante Molendinum oppidi ejusdem et finit retro molendinum Polze, cum omnibus iuribus, gratis, commodis et honoribus ad predictam dimidiam partem stagni pertinentibus, perpetuis temporibus ad monasterium predictum quiete et pacifice pertinendam, Renunciantes pro nobis et heredibus nostrisque successoribus omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que in dicto stagno nobis competant aut competere poterint aliquo modo in futurum, volentesque quod sanctimonialia predictum stagnum sub consensu solito seu consueto superstiti debeant possidere. Tantum quoque uti debeant littoribus nostre terre undique, quod duas naves commode valeant applicare, prout est consuetum fieri ab antiquo. Nos vero uniuersos excessus insuper, qui sient in stagno prenotato, damus illis sanctimonialibus in perpetuum corrigendos, Reservantes nobis ad expensas nostri Castri Tornow duas parvas naviculas, cum parvis retibus atque sporcis capiendis pisces in eodem stagno, sic quod nullos pisces debeant vendere nostri piscatores. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes hujus sunt Dominus Albertus Walborch, Dns. Hippolitus Bere, Dns. Vicke Munth milites, Dns. Johannes Woldeghe, Dns. Johannes Zedenick, Dns. Albertus Gollin, noster Notarius, et Dns. Otto Zegelleze, sacerdotes, cum aliis